multa crediderunt in eum sed propter phariseos non confitebantur
ut de sinagoga non eicerentur; Dilexerunt enim gloriam ho
minum magis quam di, uidete quemadmodum notauerit euan
gelista & inprobauerit quosdam; quos tamen in eum cre
disse dixit qui in hoc ingressu fidei si proficerent amorem quoque
humanae gloriae proficiendo superarent quem superauerat
apostolus dicens; Mihi autem absit gloriari
nisi in cruce dni nri ihu xpi per quem mihi mundus crucifixus est & ego mun
do; Ad hoc enim & ipse dns crucem suam ubi eum dementia
superbae impietatis inrisit. in eorum qui in illum crederent
frontibus fixit. ubi est quodammodo sedis uerecundiae
ut de nomine eius fides non erubescat & magis di gloriam
quam hominum diligat EXPLICIT L.

INCIPIT LI

ABEO QUOD AIT IHS QUI CREDIT IN ME
NON IN ME CREDIT SED IN EUM QUI
ME MISIT USQUE AD ID QUOD AIT SED
QUI ME MISIT ME PATER IPSE MIHI
MANDATUM DEDIT QUID DICAM ET QUID
LOQUAR

LOQUENTE DNO
NOSTRO IHU XPO
APUD IUDEOS ET TANTA MI
RACULORUM SIGNA FACIENTE
quidam crediderunt praedestinati in uitam aeternam quos
& iam uocauit oues suas quidam uero non crediderunt
nec poterant credere eo quod occulto nec tamen in
iusto iudicio di fuerant & excaecati & indurati derelicti enim
ab illo qui superbis resistit. humilibus autem dat gratiam;
Eorum autem qui crediderunt, aliqui usque adeo confitebantur
ut palmarum ramis acceptis uenienti occurre
rent in ea de laudis confessione laetantes, alii uero

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG

BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA

HESSEN
Staatliche Schlösser
und Gärten Hessen

Organisation der
Vereinten Nationen für
Bildung, Wissenschaft,
Kultur und Kommunikation

Kloster Lorsch
Welterbestätte
seit 1991

© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_207/0252